Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26137
Copyright: Admont, Benediktinerstift



41

cum ceperint tacita mente cogitare quę sit inefabilis dei sapien
tia. quę mentes hominum sine strepitu uerborum docet & quomodo hęc e
adem sapientia. si auditorum mentes non doceat. uox docentium uacue
laborat. sua eis doctrina primus uilescit. qua neq; q. plantat
est aliquid. neq; qui rigat. sed qui incrementum dat deus. fortasse p
phete sunt. sed cum tacita mente considerant. quia cum pphete
suę oculo simul omnia diuinitatis mysteria penetrare non possint.
qua sicut ait apls ex parte cognoscimus. & ex parte pphetamus.
in illa in mensitate secretorum uident. qua parum est omne qd uidet.
atq; ex ipsa amplitudine luminis considerant. quam minus sit
illud. quod intentio oculo quasi p rimas uidere. Deponant g
alas suas. cum uox sup firmamentum fit. id est humilient in eo quod
apphendunt. cum supna conspiciunt. quę ab eis comphendi non
possunt. Sepe etiam sctorum cogitationib ipsa quę habent bona
blanduntur. ut eorum mentes in aliqua sui fiducia eleuent. sed
primus ad occulta dei iudicia recurrunt. quomodo alii ex uirtutib
ad infernum p elationem corruunt. alii ex uitiis correcti ad ce
lum p humilitatem leuantur. Vnde nos ad humilitatem reuocans
ppha tiret. & admonet. dicens. Venite & uidete opa dni. quam
tribilis sup filios hominum. Quis enim digne considerare ua
leat. quantus sup nos sit timor consiliorum dei. quando & alii ex
uirtutib. in fine tendit ad uitia. & alter ex uitiis in uirtutib.
concludit finem. qua uxta uocem salomonis sunt iusti atq;
sapientes. & opera eorum in manu dei. & tamen nescit homo utrum
amore an odio dignus sit si omnia in futuro seruantur incerta.
& ea uia quę uidetur hominib recta. & nouissima eius deducit
ad mortem. Hec itaq; occulta dei iudicia pfunda cogitare
qd aliud quam alas deponere. id est de nulla iam uirtute con
fidere. sed sub magno timore trepidare. Siue enim omnipoten
tis dei naturam considerent. siue eius iudicia ppendant. trepidant.
pmescunt. sic g quasi alas deponere. ea uirtutes quas habent
humiliare. Sic abraham alas deposuit. qui quando loq cum
deo cepit. puluerem & cinerem se esse cognouit dicens. Loquar ad